

ipse tibi hoc facere mandauit: quoniam tu hoc per os testaris? forte deus gratificari tibi querit & appropinquare tibi. Ipse autem duabus uxoribus totum legit quod sequitur in capitulo uer-
 tationis: & dixit tanquam ex persona dei: Pœniteat vos coram deo quoniam declinauerunt corda uestra: de accusatione dicens quia eum accusauerunt de incestu. Sequitur deinceps: Si forte deus vos repudiauerit: dabo pro uobis ei meliores uobis Saracenos/ fideles/ diuites/ pœnitentes & orantes/ agiles/ & uirgines. Quod audientes/ dixerunt: Pœnitet. Similiter autem fecit quando accepit uxorem Zeithalumni sui. Dixit autem super hoc sententiam in capitulo Elaçeb: quod deus dixit: Tu emularis in animo tuo quod deus pro palat: & times homines: sed iustum est magis timere deum. Cumque enim respuit eam Zeith. dixitque ei: ne ducas hanc in uxorem apostole dei. Et Respondit Mahometus Ve tibi: deus mihi hæc dedit. Qui post hæc de seipso hoc diuulgauit dicens: quod deus hanc prophetam dedit. Ecce per maius minus peccatum occultauit. Etenim ipse Mahometus dicit: Nullum maius peccatum est/ quam deo mendacium iniungere. Item nullum est sic inter prophetas peccatum intolerabile sicut intemperantia & imundicia simul esse: cum spiritus sanctus non tangat prophetica corda in actionibus ueneris: ut dicit Hieronymus: & philosophus quoque dicit: quod in talibus actionibus impossibile est hominem speculari. Est igitur omnino irrationabile/ sic salutaris legis: ut ipsi dicunt: ministrum & prophetam carnalissimum & imundum hominem esse: in quo ipse de seipso gloriatur: tantam dicens in agendo vim & affluentiam intemperantię/ quantam in quadraginta hominibus: & si deus priuauit hunc filiorum sobole: unam enim solam habuisse filiam dicit. Irrationabilis igitur lex hæc propter legislatorem: tum quia sceleratus & carnalis: tum quia inscius & incertus: sicut & de seipso testatur in Alcorano: nescire se quid erit ei uel Saracenis: ignorare utrum ipse uel ipsi in uia salutis sint/ uel non. Sed neque pro seipsa lex hæc est secundum rationem tanquam habens notiam turpissimam/ & in quibus uelari iustum est: & maxime carnalibus conuenientia passionibus: In plurimis enim locis turpissimo hoc uerbo utitur/ coeo: quod nulla alia lex facit: quo uerbo uix poetę ipsi comici utuntur/ quibus materia poematum est carnalis & turpis: & si hi raro: sicut Aratus impudenter dixit: Non timui

sig. log. 2

p. 111

Hieronymus.

Aristot.

j. irrationabilis propter se.